

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Eilhard Lubin Paulus Fickius

**Disputationum De Veritate Religionis Christianae, Ex P. Mornaei, De Eadem Libro
: Vigesimaquarta, Quod Evangelium Continet Veram De Jesu Christo Filio Dei
Historiam**

Rostochii: Reusnerus, 1602

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756650607>

Druck Freier  Zugang



R U. Theor.
Lubinus, Eich.
Disp. de veritate relig.
christianae 1-24.
1602:03.
1601-1602

Contenta:

①	Frid. Crispius, De venturo religione christiana I	
②	Dar. Reoxilius, De ver. rel. chr. II	1601
③	Hart. Hallerordines, De ver. rel. chr. III	1601
④	Joh. Speculum, De ver. rel. chr. IV	1601
⑤	Abr. Dantrot, De ver. rel. chr. V	1601
⑥	Th. Frisius, De ver. rel. chr. VI	1601
⑦	Pet. Boethius, De ver. rel. chr. VII	1601
⑧	Boc. Regius, De ver. rel. chr. VIII	1601
⑨	Dav. Nicolai, De ver. rel. chr. IX	1601
⑩	Joh. Waterham, De ver. rel. chr. X	1601
11	Joh. Vinitor, De ver. rel. chr. XI	1602
12	Wenz. Fabritius, De ver. rel. chr. XII	1602
13	Paul. Fichtius, De ver. rel. chr. XIII	1602
14	Frid. Crispius, De ver. rel. chr. XIV	1602
15	Dar. Reoxilius, De ver. rel. chr. XV	1602
16	Hart. Hallerordines, De ver. rel. chr. XVI	1602
17	Th. Frisius, De ver. rel. chr. XVII	1602
18	Wenz. Fabritius, De ver. rel. chr. XVIII	1602
19	Joh. Frisius, De ver. rel. chr. XIX	1602
20	Pet. Boethius, De ver. rel. chr. XX	1602
21	Dav. Nicolai, De ver. rel. chr. XXI	1602
22	Joh. Waterham, De ver. rel. chr. XXII	1602
23	Joh. Vinitor, De ver. rel. chr. XXIII	1602
24	Paul. Fichtius, De ver. rel. chr. XXIV	1602

4083 107 B# 3374 Rostock un. 1602

Disputationum
DE VERITATE
RELIGIONIS
CHRISTIANÆ,
EX P. MORNÆI, DE
EADEM LIBRO,

Vigesimaquarta,
24
QVOD EVANGELIVM
CONTINET VERAM DE IESV
CHRISTO FILIO DEI HISTO-
RIAM.

Quam
DEO DVCE ET AVSPICE
PRAE SIDE
EILHARDO LVBINO,

In alma Rosarum Academia defen-
dere conabitur

PAVLVS FICKIVS Hamburg.

Hora & loco consueto.



ROSTOCHII
Exprimebat Christophorus Reusnerus,
ANNO M. D. C II.

59





ETN ΘΕΩ.

DISPUTATIO VIGESIMA QVARTA.
QVOD EVANGELIVM CONTINET
VERAM DE IESV CHRISTO FILIO
DEI HISTORIAM.

I.

REstat ut audiamus quam Doctrinam ille nobis trādiderit, ut ei vivamus, qui inenarrabili caritate pro nobis moriturus veniebat.

II.

Quod ipse de vitâ & doctrinâ suâ nihil scripsérunt, caussa forte redi possit, quod vel hominibus suspectum fuisset; & quem vel divinitus loquentem non intellexissent, vel humiliter loquentem tanquam hominem contempsissent.

III.

Scripsérunt ergo hæc quamvis in dissitis locis concorditer quatuor factorum & dictorum Christi partim auriti, partim oculari locupletes testes, vel à prophetis subindicati, & scripsérunt hæc vivis adhuc, qui testari & adversari poterant, & scripta morte suâ obsignarunt.

IV.

Historia hæc vera & ingenua ab adulacione aliena, quid n. si Iesus homo fuisset, ipsis ex crucifixi adulacione commodi, sermo ingenuus humanitatis & divinitatis Christi exactissimus index.

V.

Nihil adfectibus datur. Petri lapsum Marcus eius discipulus non reticet, nec Iohannis & Iacobi filiorum Zebedæi ambitio obticetur, nec, quæ ab humanâ infirmitate sunt, Christum defensum esse, sitijisse, tremuisse, illacrumatum, quæ nullo veritatis præjudicio obticeri potuerant.

A 2

Deniq;

V I.

Deniq; circumstantiæ omnes enarrantur, quibus si quid falsi admixtum, quam facile convinci potuissent, cum scriberent illis qui testes omnium fuissent adhuc viventibus. Interim à Pharisæis, & Thalmudistis odio & livore Christi ardenteribus nihil contradictum, nullum Anti-evangelion nobis relictum.

V II.

Evangelista à stellâ illâ, quæ Magis in Oriente apparuit, exorditur, quæ Romæ Augusto ludis Veneris geneticis præsidente à Pontificum collegio, & Chæremone Stoico, fausta terris stella judicata est, quam toto orbe cultam refert Plinius & meminit eius Virgilius, sed illam cum Sibyllæ Oraculis Cæsari per adulatio[n]em attribuit. Chæremon Stoicus illa stella ductus in Iudeam transiit, ut de verò Deo certior fieret, cum suos deficere vide-ret. Et quâ stellâ Chalcidius testatur Chaldæos venerabilem Dei in terris adventum observasse.

VIII.

Iam non dicam quæ ab Astrologis in stellæ eius commendationem scripta sint. Constat a. illam sine crine fuisse, quæ si fuit firmamento infixa mirabilius est quod statione sua deserta Iesu servierit. Sin recens nata, à creatore creatoris caussa creata est. Quam cum Julianus negare non posset, illam quæ ab Ægyptijs Asaph dicitur & 400 quoq; anno conspicitur, fuisse dicit. Quæ ta-men hisce tot sacerulis nulla conspecta fuit.

IX.

Et per Magos hanc stellam inquirentes Herodes motus, bim̄os & intra biennium pueros in Bethlehem & vicinia trucidari jussit, ratus inter illos extinctum iri, quem stella designabat. Quo nomine cum ne proprio quidem filio pepercisset recte Augustus dixit; Malle se Herodis porcum quam filium esse.

X.

Quod Iesus natus fuerit ex Virgine jam ante evicimus, & quia Deus prædixit, voluit, & potuit. Vnde Simon Magus se Deum & Iesum venditans & ipse filius virginis esse volebat. Et templum pacis Romæ corruit, quod ruiturum cum virgo pareret prædicebatur.

De

X I.

De Simeone Iusto, & Iohanne Baptista, qui Iesum norunt &
prædicarunt testantur Iudæi ipsi, & Iosephus.

X II.

Vitam Christi & miracula varijs circumstantijs describuntur, nec inventi tamen qui illo inimicissimo sœculo aliquid refutarint.

X III.

Eclipseos tempore mortis Christi, cum horrendo terræ motu meminit Phlegon Trallianus, anno quarto 210. Olympiadis, hoc est 18 anno Tyberij quo Christus cruci adfixus. Idem testantur Eusebius & Lucianus Presbyter, & Tertullianus id in Annalibus Romanorum extare asserit.

X IV.

Eclipsin hanc præternaturalem fuisse indicat quod Pascha circa plenilunium celebratum fuerit, & Aesculus Astrologus Solem in principio Arietis, Lunam in Libra, vel ut alij, Lunam in Virgine, Solem in piscibus, quod eodem recidit, afferunt. Alij universalem fuisse dicunt, & sic est vel maximè opus Dei, cum naturaliter nulla Eclipsis solis sit universalis. Alij Iudææ peculiarem, quæ sic quasi digito in Iudæâ servatorem mundi pati ostenderet.

X V.

De Velo templi scisso & alijs prodigijs Iosephus meminit.

X VI.

Porro non ut Mahomedes se post octingentos annos reveretur dixit, (quod mendacium tempore ipso tutum est) sed ut dixerat tertia die resurrexit, & si quæ fallacia subesset, tertia die discipulis patuisset. Et hæc in dubium vocant, qui Platonii, Herodoto, Plutarchio Erum Armenium, Aristæum, Thesprium, in vitam rediisse credunt.

X VII.

Atqui illum tot viri & mulieres post mortem viventem palpabant, edentem & bibentem viderunt, & quem resurrexisse Pilatus testatus est. Et, quod merito omnem dubitationem sustulerit, unde Petrus, & alij, qui ipsum vivum timidissimi deseruerant

rānt & abnegarant, illum ex oculis sublatum tantā constantiā con-
temtā morte omnibusq; tormentis toti mundo prædicarunt.
Quid lucri ipsis fuisse ex mortuo, ex cadavere?

XVIII.

Hæc cum refellere non possent, alij corpus eius furto subre-
ptum mentiuntur, quod Pilatus & tot vigiles refellunt, alij spe-
ctrum loco Iesu cruci adfixum fingunt, quod Iudæi, qui morte
eius offendebantur redarguunt.

XIX.

Porro Spiritum Sanctum, & linguarum cognitionem disci-
pulis datam esse hinc patet, quod contrarium, si fuisset frequenti
populo demonstrari potuisset, & quod rudes & ignati pescatores
ante, 40 circiter annis universum orbem tot gentes & linguas
nomine & doctrinâ Iesu impleverint. Vnde & Simon Magus se
Deum venditans, ille videri yolebat, qui linguis igneis super A-
postolos descenderat,

XX.

Quod autem Hebreis mos in Evangelistis obijciunt, non ob-
servant illud Emphaseos loco, & elegantiam esse, ut apud Latinos
interdum Græcisini.

XXI.

Porro Paullus se miraculosè cconversum esse ipse fatetur, &
res ipsa loquitur, cum apud suos in tantâ dignitate fuerit, & po-
stea Christum secutus sit, ut lapidaretur, flagellaretur, occidere-
tur.

XXII.

Quod in Actis de morte Agrippæ memorat Lucas, testatur
Iosephus prolixius.

XXIII.

Porro quod de Resurrectione loquimur, illis impossibile vi-
detur, qui ex suis Dei vires metiuntur. Vult autem Deus in alterâ
vitâ totum esse hominem. Vult bona & mala toti homini, cor-
pori & animæ esse communia, vult quia hominis redemptor anima
& corpore assumto animam & corpus salvavit.

Quod

XXIV.

Quod possit, in semine vel in terrâ germinante vel in utero in tantum miraculum efformato facile animadvertisit. Ut jam non dicam illum qui omnia ex nihilo fecit, ex terra & elementis facile hominem posse refingere.

XXV.

Porro resurrectio mortuorum Iudeis & legis probatis doctoribus fuit credita, ex veteri testamento, ut ex Iosepho & Lucâ constat, cum Paullo illam afferenti non contradicant; Quam & Thalmud declarat, & Turcarum Alcoranum ex Rabbinis coacervatum, adseverat.

XXVI.

Zoroastres universalem omnium mortuorum resurrectionem docebat, & Theopompus Aristotelis discipulus, quibus teste Aeneâ Gazæo nemo antiquorum contradixit.

XXVII.

Stoici mundum post certa saecula ex conflagratione consumatum in pristinam formam restitutum iri docuerunt, quam restorationem à Lucano versibus expressam Varro παλιγγενεῖαν vocat. Plato disertè animas in corpus reddituras tradit, quod & Albumazar Astrologus censet, postquam Ast aad suam posituram redierint. Quæ tamen sententia, licet resurrectionem videatur concedere, ab Arithmeticis & doctis refutata est. Saltem cum astris hanc virtutem tribuerint, astrorum conditori non denegare potuerunt.

XXVIII.

Deniq; extreum judicium docent unaminiter Prophetæ, Sibyllæ, Iesus R. Apostoli. Lex etiam Dei interno homini lata & ipsa cuiusq; conscientia, manifestè ostendit alium nobis judicem, aliud tribunal esse expectandum. Cum anima quæ præcipue peccat, in hac vita, ubi superficies tantum intuemur, examinari nequeat.

XXIX.

Rabbi de hoc judicio creberrimè loquuntur, eiusq; functionem Messiæ adsignant. Ethnici in campo veritatis ex hoc judicio pro cuiusq; meritis mortem aut vitam æternam assignatum

tum iri docuerunt, idq; per Dei filium, quem qualitercunq; per
Minorem Iovis filium designare voluerunt.

X X X.


Deo æterno, qui solus est, Vnus & unicus, Ens entium, trinus
in personis unus in essentia, qui mundum universum ex nihilo
condidit, eumq; sua providentia ad suam gloriam sapientissimè
dirigit, qui animas nostras immortales, ex lapsu corruptas ad se
Summum suum bonum revocavit, Religione una & verâ, se
unum verum Deum ostendendo, sui cultum in verbo suo de-
monstrando, filium Dei mediatorem nobis exhibendo, Iesum
Christum, Mariæ filium, à Prophetis prædictum, à Iudæis cru-
cifixum; à gentibus creditum Deum & hominem, salvato-
rem omnium; sit honor, laus, & gloria in æterna
seculorum sœcula. Amen.

F I N I S.



4W1069





ortis fuisse, non, ne crimen detegant, sed ne vir-
ant, ne ipsi quidem hostes Christianorum ne-

tionem illam repentinam, quâ Deorum cultus
nt, ad constellationem referunt, quâ mundum
z pro diversis cæli imaginibus singulos Plane-
tominari supponunt, quæ vesanorum hominum
Syro satis refutata sit, seq; ipsam explodat re-

climatibus tot regiones, urbes, oppida, familiæ,
imis sâpe religionibus imbuti, qñ insaniâ suam

Cumq; Planeta climatis religionis Iudaicæ
ligio in totum orbem disseminata est, proprio

as Planetarum conjunctiones Religiones facere
i conjunctiones tantum, alij Iovem tantum, alij Io-
n Chaldaicam, cum ☽ AEgyptiam, cum ☽ Mahu-
â, cum ☽ Antichristianam, Addunt a. magnas medias
interq; se de religionis domo varie contendunt (quæ
ex fio) prius inter se insulsi & insani convenient, an-
postulent.

es à conjunctione Stellarum dependent, cur cum illis
io Christiana tantæ sit durationis, tamq; latè pateat,
nativitatis tempore talem conjunctionem. quod ne-
x Astrologorum somnio sex esse possint Religiones
m in una familiâ.

nde Religionis Thema erigere debeant à fine eius
ius, quæ oritur aut deniq; legislatoris ipsius Iesu ge-
ptias suas Christianis intolerabiles satis impie pro-

s hominis Genesi Religio, hoc est tot naturæ, regio-
j, Dæmones, affectus animi & mentis, cum vel ipso
ion cogant, cum etiam in singulis regionibus aliquis-
t.

contemplationum vanitatem eventus ipse manife-
stianam 360. annos duraturam dixerunt, quam Al-
extendebat, Abraham Iudæus ad 1464, &, suo more

isti per Magiam facta esse contendunt exemplo Si-
yanæi, Appulei Madaurensis. Cum Simon vel eo
is sit, Iesu divinitati concederit. Et cuius Diabolica
rejecta & cum ipso extincta est.

Apol-